Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40671
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Credo in unum deum. In quo significatur quod ea debemus credere que audiuimus in euangelio. — Credo.

Sequitur Oremus, in signum quod Christus dixit discipulis suis. Luc. xxiiii. Orate ne intretis in temptacionem etc. — Oremus

Offertorium. In quo sacerdos se consentire fidei et oracionem sacerdotis. Eciam designans leticiam offerentium, quoniam hylarem datorem diligit deus. — Offertorium

Sacerdos accipit hostiam et debet esse panis triticeus secundum quod comparauit dominus se grano frumenti cadenti etc. — Hostia

Item accipit vinum, in signum quod Christus fuit pro nobis racemus in torculari crucis prefixus seu pensus — Vinum.

Accipit deinde aquam que in tanta debet quantitate apponi ut a vino valeat absorberi, in signum quod ecclesia debet incorporari Christo. Non Christus ecclesie. Unde dicit Augustinus. — Aqua